



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 8. Rebelles a Cæsareo milite profligati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Leopoldo ipsas Hungarorum literas, Sæc. XVII. A.C. 1670.  
 quibus a Budensi Bassa suppeticas petierunt, Viennam transmisit.

§. VIII.

*Rebelles a Cæsareo milite profligati.*

Rebus ita dispositis Cæsaris jussu Contiu. Chron. Hist. t. 3. l. 9. pag. 192.  
 Spankovius Bellidux cum sex suorum millibus recta in Croatiam movit, ac Serinium primo prælio devictum unacum Francipanio ad Sckatorni-  
 nam arcem repulit, qua etiam armis expugnata Broadam, ceterasque Serinii arces occupavit, præsidiariis hinc inde dilapsis: ipse etiam Serinius & Francipanius, cum per sylvas & loca invia errantes, ac fame & lassitudine fracti tandem apud Kerium Comitem divertissent, ab eodem officii sui potius, quam amicitiae memore capti, Viennam deducebantur; pari quoque armorum felicitate Sporckius Ragotsium, fusum fugatumque eo adegit, ut soluta Tokaiæ & Zattmarini obsidione Starenbergium & Colonitsium Comites libertati redderet, & per ejus Matrem, quæ semper Filii perfidiam detestabatur, Cæsaris clementiam imploraret, obtineretque. Ita demum ad saniora reductus Ragotsius suos ab armis revocavit, omnique jure in Trent-

Sæc. XVII. schinium cessit, quo facto rebelles in  
 A. C. 1670. ejus arcibus hærentes, oblata per  
 Godofredum Heisterum Belliducem ve-  
 nia Præfidiarios Germanos admiserunt.  
 Expurgata hunc in modum Hungaria  
 adhuc Vesselenia Palatini Vidua in Me-  
 rana arce, velut totius conjurationis  
 domicilio hærebat: ast quamprimum  
 Carolus Lotharingiæ Princeps cum quindecim  
 armatorum millibus arcem cinxerat, hæc  
 foemina deditionem fecit, in captivitatem  
 Viennam abducta. Excussa arce præter  
 plures conjuratorum literas insuper re-  
 pertæ fuerunt epistolæ Nadastii man-  
 ad Ragotsium & Vezirium exaratas  
 quibus illi Hungariæ coronam pollicetur  
 batur, hujus vero auxilia urgebat.  
 Datum ergo Ursembeccio Comiti negotium,  
 ut Nadastium, qui nil sibi metuens,  
 nec de Serinii & Francipontis fide dubitans,  
 Pottendorffii prope Viennam degebat,  
 comprehenderet; quod cum in Viennam  
 abducto nihilominus præcipui conjurationis  
 focii Töckelius, Sztrözius, Illishassii,  
 Bathorii, Nagodolffus, Ostereschützius,  
 & Paragozi, viri summi & sanctissimi  
 Catholicorum & Austriacæ Imperatoris  
 hostes bellum strenue proferebantur,  
 ab Heistero tamen arctius precepsantur  
 arcibusque suis exuti, præcipiti sibi  
 consuluerunt. Detecta insuper per

ancillam conspiratio ingens, qua Caf- Sæc. XVII.  
 sovix cives Calviniani noctu cunctos A.C. 1670.  
 præfidiarios Germanos jugulare decre-  
 verant: ipsis tamen a Cæsareo milite  
 devictis, Cassovia & Eperesium urbes  
 validius Germano præsidio firmabantur:  
 Hanc vero conjurationem constabant  
 Protestantes, eoquod urbis Gubernator  
 Ecclesiam Cathedralem, quam hære-  
 tici Catholicis fervente Bozkaiensi tu-  
 multu anno hujus sæculi quarto per vim  
 eripuerat, eisdem restituisset.

## §. IX.

*Judicii acta in reos instruda.*

Prostrata hunc in modum rebellione,  
 plurimisque rebellibus in vincula  
 conjectis, Serinius & Francipanius Neo-  
 stadium ducti fuerunt, mox vero Im-  
 perator in seditionis Auctores judicii  
 acta instrui jussit: ut vero in caussæ  
 discussione, & ferenda sententia, sum-  
 ma æquitatis ratio haberetur, nec Pro-  
 testantes non rebellionis, sed sectæ  
 odio quicquam agi pro more suo cri-  
 minarentur, hanc judicii formam Im-  
 perator præscripsit: Hoc judicium nullo  
 habito Religionis discrimine ex Aulico-  
 Imperiali & Bellico - Aulici Senatus,  
 necnon ex inferioris Austriæ Collegii  
 duodecim Consiliariis confletur, horum  
 Gg 4 fidei,